

Wimmelband

U. q. 97.



1e

COLLEGII FEVDALIS
DISPUTATIO VI.
DE FIDELITATE,

Quam

Christo auspice,

PRÆSIDE AMPLISS. CLARISSIMOQUE VIRO, THOMA FRANTZIO, IURISCONSULTO, JURISQUE FEUDALIS IN ILLUSTRIS ACADEMIÆ WITTEBERGENSI PROFESSORE PUBLICO, DEFENDENDAM SUSCEPIT,

MATTHÆUS SCHICORADUS.

Ad 27. Augusti.



WITEBERGÆ,
Typis M. Georgij Mulleri.
Ano M. D. XCVI.

COLLEGIUM FUNDATUM

DISCRETIONIS

DE FIDELITATE

Christophorus

PRESIDE AMPLISSIMO

Prof. Joh. Fr. Schickardus

inscribit

MAGISTRI HANS SCHICKARDUS

Ab. ex. Argentin.



WILTBURG

Typis M. Georgij Mulleri

Anno M. D. XVII

Cohærentia cum prioribus,

Dictum est in disputationibus præcedenti-
bus de essentiâ feudi; ejus origine & pro-
gressu; subjecto agente & patiente: de
modis item dandi; restat de modo accipiendi a-
gamus.

THESIS I.

Investiturâ peractâ accipitur Feudū;
ita tamen ut præcedat fidelitatis pro-
missio, quæ aut est jurata (a) aut inju-
rata. (b)

(a) c. un. De jurament. fidel. & qual. vas. jur. domino, c. un. de
novâ form. fidel. Vvesenb. 12. de feud. c. 8. n. 19. & passim reli-
qui Dd. (b) c. un. per quos fiat invest. c. un. in princ. de CC. Cor-
radi. c. un. in princ. quæ fuit prima causa benef. am. & ibi Al-
var. Vvesenb. d. tr. de feud. c. 8. n. 20. c. 8. n. 23. ZaZ. par. 12.
n. 34. Schurff. cons. 27. Cent. 1. Rebuff. declar. feud. divis. 20. qui
feudum dividit in jurabile, & non jurabile.

I.

Fidelitatis autem juramentum essentialia sex
habet, ut scilicet Vasallus iuret ad sancta Dei Evan-
gelia domino suo, incolume, tutum, honestum, uti-
le, facile, possibile.

c. un. de form. fidel. c. un. de novâ form. fidel. c. un. qualiter ju-
rare debeat vasal. dom. fid. Sigon. de regno Italia. lib. 4. in princ.
anno 773. specul. tit. de feud. § 2. n. 64. Vvesenb. d. tr. de feud.
c. 8. n. 27.

III.

Hoc igitur iuramento fidelitatis præstito des-
bet vasallus tam clericus quam laicus (a) homagiū

A 2

(b) id

(b) id est omnia officia, in provincia & extra provin-
ciam, (c) contra omnes, excepto Rege, Principe,
& veteri domino. (d)

(a) c. nimis: extra de jurejuran: Alvar: c. 1. qualiter jurare deb:
vas: Curt: p. 2. qu: 4. (b) Bodin: de Repub: lib: 1. cap. 9. quan-
quam vocabulum homagij admodum sit τολύσιον apud Feudi-
stas: Vid: Lex: Hotom: (c) Dd. c. 1. de novâ form: fud: c. un: in fin:
an ille qui interf: frat: dom: sui feudal: am: c. un: in fin: hic finitur
lex, c. un: in fin: de prob: feud: al: per Frider: Vvesemb: d. 1r: de
feud: c. 8. n. 28. ZaZ: par: 7. n. 22. Dd. plures recensent quos jura-
mentum illud non concernit, sc: patrem, patriam, uxorem, & c. An
verò contra semetipsum teneatur jurare dominum, absurdam sta-
tuimus questionem, nec dignade qua verbum. Vt & illam, num,
contra proprium patrem & filium?

III.

Servitia autem illa quæ vasallus ut servus in ὑπο-
τάξει non in κτίσει (a) domino præstat, duplicia; Perso-
nalia & Officialia.

(a) Utitur hac distinctione Borch: desumptâ ex diog: Laertio (b)
Vves: d. 1r: de feud: c. 9. & 10. n. 12. argumento C. un: si de feudo
def: cont: feud: §. licet. Nos non minus rectè feudalia servitia in
naturalia & civilia distingui posse existimamus, quo tamen & D.
Vves: distinctio recidit.

V.

Personalia sunt ad quæ vasallus tenetur vel ex
mandato vel ex rogatu domini, ad eaque citatus nisi
si compareat imparientia causa feudum amittit.
Ad officialia tenetur ex naturali obligatione, quæ
δωροῖς ἀντιδωρεῖα retribuere iubet, & huic licet non sa-
tisfaciat, feudum tamen non amittit,

d. c. un: si de feud: def: cont: fue: §. licet. c. un: Hic finitur lex, c.
un: de feudo sine culpa non amitt: c. un: An ille qui interf: frat: §.
non cogitur. ZaZ: d. parte 7. n. 27. Vves: d. c. 9. & 10. n. 12.

Quæri

VI.

Quæritur, si vasallus decedat relictis pluribus hæredibus, an quilibet ipsorum teneatur præstare domino iuramentum fidelitatis? Respondebimus per distinctionem, aut enim uni addicitur feudum, & tunc is solus præstabit iuramentum fidelitatis: (a) aut omnibus simul ex diviso, & ita singuli iurabunt. (b) Idem statuendum, si uno domino mortuo plures hæredes in eius demortui domini locum succedant.

d. c. un: si de feud: def: contr: fu: in fin: (a) d. c. un: §. omnes. si de investit: feud: contr: f & ibi Alvar: d. c. un: de prob: feud: al: per Frid: Iacob. de S. & in verb: qui quidem n. 22. (b) d. c. un: si de feud: def: cont: fuer: Bl. in l. pen: C. ut in poss: legat: & l. i. C. qui fil: distra: VVes: d. tr: feud: c. 8. n. 22. Caccial. obs: feud: 44. Vbi tamen dicitur: consuetudinem Germaniæ aliud obtinere.

VII.

Quæritur item, num dominus vicissim teneatur præstare iuramentum fidelitatis vasallo? negamus.

d. c. un: de nova form: fid: VVes: c. 8. n. 25. & argumento l. Qui bona, §. sed si. penult: D. de dam: inf: Sunt qui dissentiant & inter eos Abb. is in c. brevi: Extra, de iurejur: quen refutat ZaZ: par: 7. n. 52. sententiaq; sua confirmanda gratia allegat: Alex: cons: 15. coi: 2. Vers: sed dominus feudi vol: 5. Francisc: de Aret: cons: 13.

VIII.

Iuramentum verò fidelitatis in omnibus feudi speciebus necessarium statuimus, (a) Fit tamen interdum ut vel lege, (b) vel pactis (c) omitti possit. Numquam verò in feudo ligio. (d)

(a) c. un: §. nulla. Per quos fiat investit: c. un: de controvers: int: episc: & vasall: VVesemb: d. tr: de Feud: c. 8. n. 19. (b) ut impubes. c. un: si de feudo def: contr: inter dom: & ag: vas: c. un: quo

temp: miles invest: pet: debeat, (c) d. c. un: in fin: per quos fiat invest: c. un: §. Est & alia: que fuit prima causa ben: am: (d) Theolof, sy itag: lib: 6. cap. 2. §. Itaque & ibi laudati Bald: in cap: ceterum de judic: & Mart: Laud: c. un: qui feud: dare poss: Dissentit Vvesenb: d. tr: de feud: c. 8. n. 19. qui feuda impropria (que male nomine Feudorum Francorum ipsi veniunt) ab hoc juramento excepta statuit.

IX.

Remisso juramento fidelitatis, fidelitas tamen ipsa numquam remittitur, tenerurque vasallus per non-sacramentum (ut dicitur c. 1. in fin. qualiter dominus propr. feud. priv.) nihilominus ad omnia illa, que juramento comprehenduntur.

Zas: in proem: feud: 122. Ioan: Raynald: in secunda div: feud: Ioan: Berber: q. 2. tit: de feud: Zasius p. 6. n. 34. Curt: p. 1. q. ult: Borch: c. 1. n. 2. ibique allegati Roland: à Valle. consil: 50. n. 8. vol: 3. Afflict: decis: 129. Roland: à Val: consil: 35. n. 6. vol: 4. Hannet: lib: 4. c. ult: Duar: c. 2. n. 3. Sonsbek: part: 2. n. 34. &c.

X.

Nobiles sunt quæstiones, numquid iuramentum fidelitatis etiam per Procuratorem deferri possit? (a) & an per idoneum substitutum servitia quoque præstari possint? (b) Vtrumq; adfirmamus.

(a) c. un: §. fin: per quos fiat invest: c. un: §. 2. vers: Item invest: de not: feud: Vvesenb: d. tr: de feud: c. 8. n. 24. Bald: l. unica §. ne aut: c. de caduc: toll: Item c. un: quo tempore mil: Alvar: ibidem & in c. un: si de feud: def: controv: §. omnes filij. Mart: Laud: & alij quos allegat Iacob. de S. G. &c. Quod ita tamen adfirmatum volumus, ut sententiæ Molinæi nihil detrahatur, qui ait dominum invitum compelli non posse, ut alium nomine vasalli admittat ad sacramentum, cum sit personalissimum. Præsertim si paratus sit largiri tempus quo vasallus præsens præsentem convenire, ipsique iuramentum fidelitatis præstare possit. De consuet: Feud: §. 28. n. 6.
(b) c. un: si de feud: def: cont: fuer: §. S. quis & ibi Dd. Vves: d. tr: de feud: c. 9. & 10. ibiq; alleg: Schurff: cons: 108.

Fide.

XI.

Fidelitate promissâ sive iuratô sive iniuratô, necesse est sequatur possessionis adpræhensio.

c. un: de novâ form: fidel: c. un: de probib: feud: alien: per Frid: c. un: quo temp: mil: invest: pet: debeat. ex quib: alleg: & c: dis: cere est inditi annum & mensem reliquis investit: petentib: annum & diem concedi.

XII.

Ea quò minùs fiat in causâ nonnunquam dominus, qui moram facit in mittendo vasallum in vacuam possessionem, ad quod tamé iure compelli potest, atque ut interesse solvat cogi. (a) Nonnunquam vasallus in appræhendendâ possessione nimis morosus.

(a) *c. un: § 5. si de feud: def: contr: sit inter dom: & ag: vas: c. un: si de investit: feud. contr. fuer. in princ. VVesenb. d. c. 8. n. 29. Immo & testatum aliquod petenti vasallo dominus dare cogitur, quo scilicet si fors controversia ipsi moveatur, probationem faciat. VVes. d. c. 8. n. 13. Zaz. parte 7, n. 58. (b) d. c. un. de prohibita feud. al. per Frid. d. c. un. quo temp. miles invest. pet. deb.*

Corollaria *зятя ина.*

Teneturne vasallus domino præstare auxilium in causâ iniustâ? Itidem negamus.

Teneturne vasallus ligius auxiliari domino contra confœderatum, item dominum? & adfirmabimus & negabimus exercitij gratiâ.

ἔξωρ μωμῆσθαι ἢ μωμῆσθαι.

Et dicitur in scripturis in eadem die iudicabitur
et tunc est scriptura de iudicio

Et dicitur in scripturis in eadem die iudicabitur
et tunc est scriptura de iudicio

Et dicitur in scripturis in eadem die iudicabitur
et tunc est scriptura de iudicio

Et dicitur in scripturis in eadem die iudicabitur
et tunc est scriptura de iudicio

Collatio

Et dicitur in scripturis in eadem die iudicabitur
et tunc est scriptura de iudicio

Et dicitur in scripturis in eadem die iudicabitur
et tunc est scriptura de iudicio



155054

AB 155054


ULB Halle
004 829 352

3




VD 17





A
155





1e

ALLEGII FEVDALIS
DISPUTATIO VI.
FIDELITATE,

Quam
Christo auspice,
DE AMPLISS. CLA-
SSE VIRO, THOMA FRANTZIO, IV-
risque feudalis in illustri Academia VVi-
tici Professore publico, defendendam
suscepit,
THOMAS SCHICORADUS.
Ad 27. Augusti.



WITEBERGÆ,
typis M. Georgij Mulleri.
Ano M. D. XCVI.

